OFFICIUM ET MISSA SANCTI GREGORII I PAPAE

CATHOLIC CHURCH

OFFICIUM ET MISSA
SANCTI GREGORII I. PAPAE
CONFESSORIS ET ECCLESIAE DOCTORIS.

EDITIO SOLESMENSIS.

OFFICIUM ET MISSA

SANCTI GREGORII I. PAPAE

CONFESSORIS ET ECCLESIAE DOCTORIS

JUXTA ANTIQUORUM CODICUM FIDEM

RESTITUTA

TYPIS SOCIETATIS S. JOANNIS EVANGELISTAE

DESCLÉE, LEFEBVRE & Soc.

S. Sedis Apostolicae et S. Rituum Congregationis Typographi.

ROMAE.

1904.

Hæc editio quoad textum concordat cum editionibus typicis, quoad cantum respondet Decreto S. Congregationis Rituum in die 8ª Januarii 1904.

IMPRIMATUR.
Romae, die 1 Martii 1904.
FR. ALBERTUS LEPIDI O. P.,
S. P. Ap. Magister.

IMPRIMATUR.
Romæ, die 1 Martii 1904.
JOS. CEPPETELLI
Patriarch. Constantinop. Vicesg.

DIE 11. APRILIS

IN SANCTI GREGORII MAGNI
JUBILAEIS SOLEMNITATIBUS.

AD TERTIAM.

Pater noster. Ave María.




Hymn. 8.
NUNC Sancte nobis Spí-ritus, Unum Patri cum
Fí- li- o, Dignáre promptus íngeri Nostro re-fúsus pé-
cto-ri. 2. Os, lingua, mens, sensus, vigor Confessi-ónem pér-
sonent, Flamméscat igne cári-tas, Accéndat ardor próxi-
mos. 3. De- o Patri sit gló-ri-a, Et Fíli- o qui a mórtu- is
Surréxit, ac Pa-rácli-to, In sempi-térna saecula. Amen.
Ant. 7. c
NON est invéntus. Ps. Le-gem pone mihi Dómine
vi-am justi- fica-ti-ónum tu-árum : * et exquíram e- am
semper.

Da mihi intelléctum, et scrutábor legem tuam : * et custódiam illam in toto corde meo.

Deduc me in sémitam mandatórum tuórum : * quia ipsam vólui.

Inclína cor meum in testimónia tua : * et non in avarítiam.

Avérte óculos meos ne vídeant vanitátem : * in via tua vivífica me.

Státue servo tuo elóquium tuum, * in timóre tuo.

Amputa oppróbrium meum, quod suspicátus sum : * quia judícia tua jucúnda.

Ecce concupívi mandáta tua : * in aequitáte tua vivífica me.

Et véniat super me misericórdia tua Dómine : * salutáre tuum secúndum elóquium tuum.

Et respondébo exprobrántibus mihi verbum : * quia sperávi in sermónibus tuis.

Et ne áuferas de ore meo verbum veritátis usquequáque : * quia in judíciis tuis supersperávi.

Et custódiam legem tuam semper : * in saeculum et in saeculum saeculi.

Et ambulábam in latitúdine : * quia mandáta tua exquisívi.

Et loquébar in testimóniis tuis in conspéctu regum : * et non confundébar.

Et meditábar in mandátis tuis, * quae diléxi.

Et levávi manus meas ad mandáta tua, quae diléxi : * et exercébar in justificatiónibus tuis.

Glória Patri, et Fílio : * et Spirítui Sancto :

Sicut erat in princípio et nunc et semper, * et in saecula saeculórum. Amen.

MEmor esto verbi tui servo tuo, * in quo mihi spem dedísti.

Haec me consoláta est in humilitáte mea : * quia elóquium tuum vivificávit me.

Supérbi iníque agébant usquequáque : * a lege autem tua non declinávi.

Memor fui judiciórum tuórum a saeculo Dómine : * et consolátus sum.

Deféctio ténuit me, * pro peccatóribus derelinquéntibus legem tuam.

Cantábiles mihi erant justificatiónes tuae, * in loco peregrinatiónis meae.

Memor fui nocte nóminis tui Dómine : * et custodívi legem tuam.

Haec facta est mihi : * quia justificatiónes tuas exquisívi.

Pórtio mea Dómine, * dixi custodíre legem tuam.

Deprecátus sum fáciem tuam in toto corde meo : * miserére mei secúndum elóquium tuum.

Cogitávi vias meas : * et convérti pedes meos in testimónia tua.

Parátus sum, et non sum turbátus : * ut custódiam mandáta tua.

Funes peccatórum circumpléxi sunt me : * et legem tuam non sum oblítus.

Média nocte surgébam ad confiténdum tibi, * super judícia justificatiónis tuae.

Párticeps ego sum ómnium timéntium te, * et custodiéntium mandáta tua.

Misericórdia tua Dómine plena est terra : * justificatiónes tuas doce me.

Glória Patri, et Fílio : * et Spirítui Sancto :

Sicut erat in princípio et nunc et semper, * et in saecula saeculórum. Amen.

BOnitátem fecísti cum servo tuo Dómine, * secúndum verbum tuum.

Bonitátem, et disciplínam, et sciéntiam doce me : * quia mandátis tuis crédidi.

Priúsquam humiliárer ego delíqui : * proptérea elóquium tuum custodívi.

Bonus es tu : * et in bonitáte tua doce me justificatiónes tuas.

Multiplicáta est super me iníquitas superbórum : * ego autem in toto corde meo scrutábor mandáta tua.

Coagulátum est sicut lac cor eórum : * ego vero legem tuam meditátus sum.

Bonum mihi quia humiliásti me : * ut discam justificatiónes tuas.

Bonum mihi lex oris tui, * super míllia auri et argénti.

Manus tuae fecérunt me, et plasmavérunt me : * da mihi intelléctum, et discam mandáta tua.

Qui timent te vidébunt me, et laetabúntur : * quia in verba tua supersperávi.

Cognóvi Dómine quia aequitas judícia tua : * et in veritáte tua humiliásti me.

Fiat misericórdia tua ut consolétur me, * secúndum elóquium tuum servo tuo.

Véniant mihi miseratiónes tuae, et vivam : * quia lex tua meditátio mea est.

Confundántur supérbi, quia injúste iniquitátem fecérunt in me : * ego autem exercébor in mandátis tuis.

Convertántur mihi timéntes te : * et qui novérunt testimónia tua.


Fiat cor meum immaculátum in justificatiónibus tuis, * ut non confúndar.

Glória Patri, et Fílio : * et Spirítui Sancto :

Sicut erat in princípio et nunc et semper, * et in saecula saeculórum. Amen.


Ant.


N ON est invéntus sími-lis il-li, qui conserváret




legem Excél-si, allelú- ia.

Capitulum. *Eccli. 44. c.*



E Cce sacérdos magnus, qui in di-ébus su-is plácu-it



De-o, et invéntus est justus : et in témpore i-racúndi-ae




Orémus.

DEus, qui ánimae fámuli tui Gregórii aetérnae beatitúdinis praemia contulísti : concéde propítius; ut qui peccatórum nostrórum póndere prémimur, ejus apud te précibus sublevémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum.



℣. Dominus vobíscum. ℟. Et cum spíri-tu tu-o.
5. Benedi-cámus Dó- mino.
℟. De- o grá-ti- as.
℣. Fidé-li- um ánimae per mi-se-ricórdi-am De- i
requi- éscant in pace. ℟. Amen.

AD MISSAM.

Introitus. 6.





tu- i Sancto. Sicut e-rat in princípi- o, et nunc, et
semper, et in saecu-la saecu-ló-rum. Amen.
5.
KY-ri- e e- lé- i-son. iij. Chri-
ste e- lé- i-son. iij. Ký-ri-e
e- lé- i-son. ij. Ký-ri- e
e- lé- i-son.
GLó-ri-a in excélsis De- o. Et in terra pax homí-
nibus bonae voluntá-tis. Laudámus te. Benedí-cimus te.


Adorá-mus te. Glo-ri-ficámus te. Grá-ti-as ágimus ti-bi
propter magnam glóri- am tu-am. Dómine De-us, Rex caelé-
stis, De-us Pater omnípot-ens. Dómine Fi-li unigé-nite,
Je-su Chri-ste. Dómine De- us, Agnus De- i, Fí-li- us Pa-
tris. Qui tollis peccáta mundi, mise-ré- re no-bis. Qui tollis
peccáta mundi, súscipe depreca-ti-ónem nostram. Qui sedes
ad déxteram Patris, mise-rére no-bis. Quóni- am tu so-lus
sanctus. Tu so-lus Dóminus. Tu so-lus Altíssimus, Je-su
Christe. Cum Sancto Spí-ri-tu, in glóri- a De-i Pa-tris.



A- men.

℣.



PAX vobis. *vel* ℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum



spí-ritu tu-o.


Oratio.

DEus, qui ánimae fámuli tui Gregórii aetérnae beatitúdinis praemia contulísti : concéde propítius; ut qui peccatórum nostrórum póndere prémimur, ejus apud te précibus sublevémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum.

Lectio Epistolae beati Pauli Apostoli ad Timotheum. *2. Tim. 4.*

CAríssime : Testíficor coram Deo, et Jesu Christo, qui judicatúrus est vivos, et mórtuos, per advéntum ipsíus, et regnum ejus : praedica verbum, insta opportúne, importúne : árgue, óbsecra, íncrepa in omni patiéntia, et doctrína. Erit enim tempus, cum sanam doctrínam non sustinébunt, sed ad sua desidéria coacervábunt sibi magístros, pruriéntes áuribus, et a veritáte quidem audítum avértent, ad fábulas autem converténtur. Tu vero vígila, in ómnibus labóra, opus fac Evangelístae, ministérium tuum imple. Sóbrius esto. Ego enim jam delíbor, et tempus resolutiónis meae instat. Bonum certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi. In réliquo repósita est mihi coróna justítiae, quam reddet mihi Dóminus in illa die justus judex : non solum autem mihi, sed et iis, qui díligunt advéntum ejus.


Grad. 3.




JU- rá- vit * Dó- mi-nus,



et non paeni- té- bit e- um :


Tu es sa- cér-dos in ae-
tér- num, secúndum ór-di- nem Mel-
chí- se- dech. ℣. Dixit
Dó- minus Dómino me- o : Se-
de a dex-
tris * me- is.
4.
ALle- lú-ia. * ij.
℣. Amá- vit e- um
Dó-minus, et orná- vit e- um : stolam gló-




ri-ae * índu- it e-



um.

Post Septuagesimam, omissis Allelúia *et* ℣. *sequenti dicitur*

Tract. 8.



B E-á- tus vir, * qui timet Dó- minum :




in man-dá- tis e- jus cu-




pit ni- mis. ℣. Pot- ens in terra e-




rit semen e- jus : ge-ne- rá- ti-o re- ctó-




rum be- ne- di-cé-tur.



℣. Gló- ri- a et diví-ti-ae in domo e- jus : et




ju-stí- ti-a e- jus *ma- net in sae-culum




saecu-li.

Tempore Paschali, omittitur Graduale, et ejus loco dicitur : Allelúia, allelúia. ℣. Amávit eum. *ut supra ; deinde :*


1.




ALle- lú- ia. *




℣. Ju- stus ger-mi-ná-



bit sicut lí- li- um : et flo- ré-



bit in ae- tér- num * ante



Dó-mi- num.




AD EVANGELIUM.



℣. Dominus vobíscum. ℟. Et cum spí-ri-tu tu-o. ℣. Se-




quénti- a sancti Evangé-li- i secúndum Matthae-um.




℟. Gló-ri-a tibi Dómine.

Matth. 5.


IN illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Vos estis sal terrae. Quod si sal evanúerit, in quo saliétur? ad níhilum valet ultra, nisi ut mittátur foras, et conculcétur ab homínibus. Vos estis lux mundi. Non potest cívitas abscóndi supra montem pósita : neque accéndunt lucérnam, et ponunt eam sub módio, sed super candelábrum ut lúceat ómnibus, qui in domo sunt. Sic lúceat lux vestra coram homínibus : ut vídeant ópera vestra bona, et glorífìcent Patrem vestrum, qui in caelis est. Nolíte putáre quóniam veni sólvere legem, aut Prophétas : non veni sólvere, sed adimplére. Amen quippe dico vobis, donec tránseat caelum et terra, iota unum, aut unus apex non praeteríbit a lege, donec ómnia fiant. Qui ergo sólverit unum de mandátis istis mínimis, et docúerit sic hómines, mínimus vocábitur in regno caelórum : qui autem fécerit et docúerit, hic magnus vocábitur in regno caelórum.



CRedo in unum De- um, Patrem omnipotén-



tem, factó-rem caeli et terrae, vi-sibí-li-um ómni- um,


et invi-si-bí- li- um. Et in unum Dóminum Je-sum Chri-
tum, Fí-li- um De- i unigéni-tum. Et ex Patre na- tum
ante ómni-a sae-cu-la. De-um de De-o, lumen de lúmi-
ne, De-um ve-rum de De-o ve-ro. Géni-tum, non fa-ctum,
consubstanti- álem Patri : per quem ómni-a facta sunt. Qui
propter nos hómines et propter nostram sa- lú-tem descéndit
de caelis. Et incarnátus est de Spí-ri-tu Sancto ex Ma-
rí- a Vírgine : Et homo factus est. Cru-ci-fí- xus ét-i-am
pro nobis : sub Pónti-o Pi-lá-to passus et sepúl- tus est.


Et resurréxit térti- a di- e, secúndum Scriptú-ras. Et
ascéndit in cae-lum : sedet ad déxte-ram Pa-tris. Et
í-terum ventúrus est cum glóri- a judicáre vivos et mór-
tu-os : cujus regni non e-rit fi-nis. Et in Spíri-tum San-
ctum, Dóminum, et vivi-ficántem : qui ex Patre Fi-li- ó-
que pro-cé-dit. Qui cum Patre et Fí-li- o simul adorátur
et conglori- ficátur : qui locútus est per Prophé-tas. Et
unam, sanctam, cathó-licam et apostó-licam Ecclé-si-am.
Confí-te-or unum baptísma in remissi- ónem peccató-



℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo. Orémus.




Secreta.


Annue nobis, quaesumus Dómine : ut intercessióne beáti Gregórii haec nobis prosit oblátio; quam immolándo, totíus mundi tribuísti relaxári delícta. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum : Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus sancti Deus :

AD PRAEFATIONEM.






℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spí-ritu tu- o. ℣. Sursum



corda. ℟. Habémus ad Dóminum. ℣. Grá-ti- as agámus



Dómino De-o nostro. ℟. Dignum et justum est.

PRAEFATIO PASCHALIS (*vel alia secundum tempus*).

VEre dignum et justum est, aequum et salutáre : Te quidem Dómine omni témpore, sed in hoc potíssimum gloriósius praedicáre, cum Pascha nostrum immolátus est Christus. Ipse enim verus est Agnus, qui ábstulit peccáta mundi. Qui mortem nostram moriéndo destrúxit, et vitam resurgéndo reparávit. Et ídeo cum Angelis et Archángelis, cum Thronis, et Dominatiónibus, cumque omni milítia caeléstis exércitus, hymnum glóriae tuae cánimus, sine fine dicéntes.


5.




SAn- ctus, * San-ctus, San- ctus Dóminus




De- us Sá- ba- oth. Ple-ni sunt caeli et ter-ra gló-



ri-a tu- a. Hosán-na in excél-sis. Be- nedíctus



qui ve- nit in nó- mi-ne Dó- mi-ni. Ho-




sánna in ex-cél- sis.

AD PATER NOSTER.

℣.



PER ómni-a saecula saeculó-rum. ℟. Amen.



ET ne nos indúcas in tenta-ti-ó-nem. ℟. Sed líbe-



ra nos a ma-lo.


POST FRACTIONEM.

℣.



PER ómni-a saecula saeculó-rum. ℟. Amen.

℣.




PAX Dómini sit semper vobíscum. ℟. Et cum spí-




ri-tu tu-o.


5.



AGnus De- i, * qui tol- lis peccáta mun-di,



mi-se-ré-re no-bis. Agnus De- i ,* qui tol- lis peccá-ta



mundi, mi-se-ré-re no-bis. Agnus De- i, * qui tol-




lis peccáta mun- di, do-na no-bis pa-cem.

Comm. 7.



FIdé-lis servus * et prudens, quem constí- tu- it



Dóminus super famí- li- am su- am : ut det il- lis



in témpo- re trí- ti-ci mensú- ram.



T. P. Al-le- lú- ia.


℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Postcommunio.

DEus, qui beátum Gregórium Pontíficem Sanctórum tuórum méritis coaequásti : concéde propítius; ut qui commemoratiónis ejus festa percólimus, vitae quoque imitémur exémpla. Per Dóminum.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

5.



I - te missa est.
De- o grá-ti- as.

Vel sequens ad libitum.


5.



I - te missa est.
De- o grá-ti- as

BENEDICTIO SOLEMNIS.


℣.



SIT nomen Dómini benedíctum. ℟. Ex hoc nunc et



usque in saeculum.




ADjutó-ri-um nostrum in nómine Dómini. ℟. Qui



fecit caelum et terram.



BEnedícat vos omnípotens De-us Pa✠ter et Fí✠li-





us, et Spí-ri-tus ✠ Sanctus. ℟. Amen.

APPENDIX

IN HONOREM SANCTI GREGORII.

RESPONSORIUM






tu- i San- cto. * Cujus.

SEQUENTIA.


2 et 1.




ALma cohors, una laudum sonóra nunc prome prae-




cóni- a.



QUibus en insígnis rú-ti-lat Gregó-ri-us ut luna,



solque síde-ra. 3. Me-ri-tórum est mi-rí- fica rá-di-ans



idem sacra praeroga-tíva.




HUnc nam sophí-ae mýsti-ca ornárunt mire dó-




gma-ta, qua fulsit ní- tida luculénter per ampla orbis


clímata. 5. Verbi necnon fructí-fe-ra sevit diví-ni sé-
mina, ménti-um per arva pelléndo quoque cuncta no-
ctis núbi-la.
H
Inc fámina fundens diva, útpote caeléstí-a ferens
in se númina. 7. Sublimávit cathó-lica veheménter cúlmi-
na sancta per e-lóqui-a.
I
S nempe celsa compos glóri-a nunc exsúltat
inter laetabúnda caelico-lárum ovans contubérni-a.
9. Sublímis exstat sede supérna fru-ens vi-ta semper in-



exháusta sat per ce-lebérrima Christi páscu-a.
O dignum cuncta laude praecélsa praesulem tan-
ta nactum gáudi-a virtútum propter mé-ri-ta, quibus
vígu-it ardens vel-ut lámpada. 11. Nos voce clara hunc et
jucúnda dantes orémus preces et vota, qui nobis ferat
cómmoda, ímpetret et aetérna poscens praemi-a.
QUod pe-tit praesens catérva, praesu-lum gemma,
devóta repéndens múni-a mente sincéra; favens da sibi
precum instánti-a, scí-licet ut polórum intret lúmina.



KYRIE (Fons bonitatis).



GLORIA (Deus sempiterne).





Typis Societatis S. Joannis Evangelistae, Desclée, Lefebvre & Soc. — Romæ-Tornaci.